Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



56 48

Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo satiabor dum
manifestabitur gloria tua Ps Exaudi deus iustitiam meam
intende deprecationem meam Oremus Aeternam genitor deus
Da quesumus omnipotens deus ut sicut nos puniscante ieu-
no sinceris mentibus ad sancta ventura festi-
nas pervenire Per dominum Lectio libri Geneseos 37
In diebus illis Dixit ioseph fratribus suis Audi-
te somnium meum quod vidi putabam nos ma-
nipulos ligare in agro et quasi consurgere ma-
nipulum meum et stare verosque manipulos ves-
tros astantes adorare manipulum meum Responde-
runt fratres eius Numquid rex noster es aut subiecere nos dicio
ne Hec ergo causa somniorum atque sermonum
invidie et odii fomitem ministrabant Illud autem vidit
somnium quod narrans fratribus ait Vidi per somnium
quasi solem et lunam et stellas undecim adorare
me Quod cum patri suo et fratribus narrasset increpa-
vit eum pater et dixit Quid sibi vult hoc somnium
quod vidisti Numquid ego et mater tua et fratres tui adora-
bimus te super terram Invidebant ergo ei fratres suis pa-
ter vero rem tacitus considerabat Cumque fratres illius
in pascendis gregibus patris morarentur in sychem Dixit
ad eum israel Fratres tui pascunt oves in sychimis
veni mittam te ad eos Quo respondente parato sum
ait Vade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tu-
os et pecora et renuntia mihi quod agitur Mis-
sus de valle hebron venit in sychem Invenientque eum
vir errantem in agro et interrogavit quid quereres
At ille ait Fratres meos quero Indica mihi ubi
pascant greges Dixitque ei vir Recesserunt de loco